

magnis emendantur virtutibus, ut dicit
 Corn. Nep. de Themist. (o) terra enim
 nunquam est ad bonos mores via: Pole-
 mon juvenis luxuriæ summè deditus, cum
 ludum Xenocratis, de continentia disse-
 rentis, esset ingressus, ita mutatus est, ut
 mox fieret auditor, hinc Philosophus, tan-
 dem magistri sui in schola successor. (π)
 Ideò Terent: (ρ) *nulla est tam facilis*
res quin difficilis fiet, quam invitus fa-
cies. Et contra. (σ) *Nil tam est difficile,*
quin quaerendo investigari possit. hæc e-
 nim, dum incipias, gravia sunt, dum-
 que ignores, ubi cognoris, facilia (τ)
 Quicquid autem sit, veritate suâ non ca-
 ret illud Virg. (υ)

--- --- Facilis descensus averni

(i. e. ad vitia)

Sed revocare gradum, superasque evadere
Hoc opus hic labor est. (ad auras,

THES: IV.

VITIIS juvenum, non leve addit pon-
 dus, quod ægrè velint eadem agno-
 scere, nec de iis se admoneri patiantur:

tumi

(o) Them. c. 1. (π) Hild. in not. ad Corn.
 N. (ρ) Heaut. a. 4. sc. 5. (σ) ib. a 4. sc. 2.
 (τ) Heaut. Catastroph. (υ) Æn. 6. v.
 126. & ibi Minel.

tumidi enim cum sint recteque se omnia
 facere opinentur, non potest non correctio
 illis esse gravis, utpote quæ subjectionem
 aliquam involvit, à qua abhorrent ju-
 venes elati, & sunt ut loquitur Poëta
monitoribus asperi; errant autem in eo
 nimium, cum vitiorum agnitio ple-
 rumque ducat ad virtutem, & filius qui
 sapit, ait scriptura, libenter se emendari
 patiatur, stultus autem fugiat instructio-
 nem: hinc etiam videmus eos, qui non
 pro pudore hoc reputant si corrigantur,
 ad eximiam frugem & sapientiam
 venisse: cæteros autem vecordes in sua pe-
 mansisse insaniâ, stultâque prudentiâ &
 levitate; hinc non abludit illud vulgare:
Non pudor est nescire, sed pudor est disce-
re nolle. Multos invenias qui correcti,
 id occinant Plutarchi [Φ] *εἰς ἀγρίων τῶν*
σπυδαίων; in crastinum seria: nec veren-
 tur quidam, contra jus & fas, venerandæ
 canitiei eorum misericordiâ motæ mo-
 nentiq; hoc Arachnes scœmma objiceret;
 ceu est apud Nasonem (χ)
Mentis inops longâq; venis confecta senectas
Et nimium vixisse dsu nocet --- ---

Cons

(Φ) cit. Erasmi. in Adag. p. m. 354.

(χ) Met. 6. fab. 1. v. 37. seq.

*Consilii satis est in me mihi: neve monendo
Profecisse putes, eadem est sententia nobis.
quod tamen illi Phaëtoni (X) ac Icaro (Y)
Patrum montia temnentibus, malè succes-
sisse, exitus probat.*

THES. V.

FUTURA juvenes negligunt, nec solli-
citi sunt, quid in crastinum fiet: hoc
inde est, quod experiētiā, quæ prudentiæ
mater est, careant; prudentia enim, sicuti
vī vocis providentia est, non potest cum
eorum quadrare ingenio, utpote, quod ex
calore festinum & ardens, necdum didicit
admittere sedem meditationibus longis,
quæ potius frigidum temperamentum,
quale est senibus, & quod in quiete agat,
requirunt. Hoc enim ipsi experimur, cum
non in turba & frequentia multorū, sed po-
tis in tranquillo & solitario silentio, aliquid
quod meditandum nobis est, peragere cum
suecessu felici possumus, juxta illud Poëtæ:

--- --- *Amant secreta cæmenas,*

Sylva placet Musis, urbs est inimica Poëtis.
Cui & assentitur Plinius. (a) Quin autem
retardet juvenilem prudentiam defectus
experiētiæ, dubium est nullum: nondum
enim tot, ac senes, mala pertulerunt, ideoq;
(X) *Met. f. 1. lib. 2.*

(Y) *ibid. l. 8. Fab. 3. (a) lib. 1. Ep. 6.*

nec tam anxii sunt de futuris: Idcirco de-
pingi solet ipsa Prudentia sub forma Jani
bifrontis, quæ ante & post sese eventura vi-
deat adspiciatque, h: e. recordetur præter-
itorum, cautè autem prævideat tempora
futura, eorumque eventus meditetur: Ju-
venes autem cum non sic dispositi sint, ac-
cidit, ut cæco potius impetu, quam confi-
silio ferantur, & idè ad vitia *tanquam bo-
ves ad mactationem*, ut dicit Salomon (a)
ducantur: *melius, pejus, proficit, obsit, ni-
hil vident nisi quod lubeat.* (b) Hinc ap-
positè quidam interroganti; cedo, qui
vestram Remp. tantam, tam amisistis ci-
tò? respondit, *proveniebant oratores novi,
stulti adolescentuli.* (c) Ex quo vitio
iterum aliud tanquam ex capite hydræ e-
nascitur, videlicet, infamis illa prodigalitas,
prodigè quippe sunt *aris*, ceu loquitur
Poëta, & possessionum suarum; patrimo-
nium & quicquid possident, male sanè di-
lapidant, proprium damnum non cer-
nentes: liberales etiam dum esse cu-
piunt, in excessu peccant, *que tamen ita
temperanda esset ne nimia profusione in-
aresceret.* (d) Nimium enim omnia, teste

E

Arist.

(a) *Prov. 7. 22.* (b) *Ter. Heaut. a. 4. sc. 1. v. 30.*
(c) *Cic. cat. maj. p. m. 419.* (d) *Plin. l. 2. Ep. 48.*

Arist. citante Clarem: agunt, nimium amant, nimium oderunt; sed illud *nimium*, non diu observant. indigentiam nondum expectati, profundunt citra mensuram, quæ habent: unde Sallust: (1) *Homines adolescentuli, sua atque aliena consumere, nihil libidini atque aliis rogantibus denegare, pulcherrimum putant; eam virtutem & magnitudinem animi, pudorem atque modestiam pro securitatem aestimant.* Cujus vitii sui tandem, sed serò, cum poenas luunt, eos poenitet, & serò sapere incipiunt Phryges: pessima vero est pernicies si illorum profusioni, non suppetant facultates; ad quæ enim illos non ducit fames & egestas? prodigalitatæ pessimæ pedisequæ, ut Horat. (2) canit

Magnum pauperies opprobrium, jubet

*Quidvis & facere & pati
Virtutisque viam deserit ardua.*

Vitii hujus inter alia exemplum cernitur in filio prodigo apud Evangelistam. (3) Habent & hic imitatores, quod observant. Unde apud Comicos tot patrum querelas, de luxuria filiorum deprehendere est.

TH. VI.

(1) *Orat. 1. ad Cæs. de Rep. ord. p. m. 508.*

(2) *lib. 3. Carm. ad 24. (7) Luc. c. 15.*

FAMILIARIS juvenibus est *Φιλανθία*, seu amor nimius sui, unde rursus quasi ex stirpe propullulat *Φιλοδοξία*, gloriolæ cupido. Alios enim non æquo ferunt animo sibi præponi; efferrî supra alios ipsi non erubescunt gloriamque venantur, quæ, ut in ista ætate (verba sunt Ludov. Vivis (9) *maximos subdit stimulos ad honestas actiones, ita mulierum est deinceps malorum causa & origo.* Hanc solam, gloriam intellige, affectavit juvenis Rex Alexander, cupiditate auri posthabita: in ætate enim juvenili in Asia bella gessit, victorque tandem Babylonem, ubi fata eum expectarunt, rediit: pecuniam & prædam, quam ex hostibus devictis accepit, inter milites suos partitus est, solâ ipsemet gloriâ contentus, quam superbè aded ambiit, ut non veritus fuerit, tandem, pro Jovis filio salutarî, sed & divinis honoribus coli: quemadmodum passim inculcat Curtius. Sic Themistoclem gloria Miltiadis movit, ut aureæ armillæ, cadaveribus adhærentes, movere illum non potuerint; iis enim visis, equo non descendit, amico a. comiti dixit: Tolle

E 2

(9) *de vit. & mor. erud.*

ea tibi, neque enim tu es Themistocles (1) Hodienum tamen quosdam audias, summi boni ignaros, sapissimè discipulis suis inculcantes, gloriam unicè esse sectandam, gloriam quarendam, eamque rudi ætati, quasi studiorum finem proponentes: quasi jam aliud reperiri non possit medium, ad honestas actiones iucitativum. Ubi enim tunc gloria DEI? cui tantum detrudere reverà cupis, quantum tibi attribuis: ubi charitas? ubi JESUS CHRISTUS? Seq̄ illud ex occasione

THES, VII.

SUNT porrò Juvenes & adolescentes valde *cupidi*, ita ut quicquid impetus eis dicitur, absque dilatione & longâ deliberatione, in id ruant. Præprimis vero, objecta ista erunt jucunda, quæ genio eorum ut plurimum arrident: non tamen tam ex metu amittendi rem, quam expectant; iste enim potius seni competit, sed ex concitatissimo motu, qui calorem in sanguine accendit, in objecta cupita tam fervide feruntur: sic videmus animalia tempore brumali, concitatori gradu se promovere, libera intelligo, ob copiam calo-

(1) Fr; Hildeb; in not. ad Them. Corn. N.

caloris, quem intensiorem hyeme quàm æstate habent. Cupidos autem diximus in Thes. superiori, non æris, ut senes, sed potius honorum, victoriæ, vindictæ, & quicquid speciosum in naturâ videtur, quæque excellentiæ cujusdam sunt species, cujus certè amore non parum punguntur. Passio hujusmodi vulgo, hodiè *curiositas* quædam vocatur & novitatis studium, quod si intra justos limites & terminos coarctetur non modo respuendum non esset, verum etiamnum haberemus, aut certè haberent seri nostri posteri, si qui sint futuri, multum in scientiis & artibus progressum & augmentum expectare, ut præclare differit Verulamius Anglicus (x) & doctus ille Hispanus Ludovicus Vives, [λ] multa enim nos serus docet vesper, quæ prima aurora ignoravit, & *plura posteritatis adhuc investigationi ac solertiæ relicta putemus.* (μ) Nec sane dici satis potest, quam de tota posteritate merentur malè, si qui artes & inventa nova surgentia præcipuè necessaria & bono publi-

[x] lib. 1. N. Org. aph: 77. (λ) de Caus. Cor. art. lib. 1. p. 14. [μ] iter: Phil: mor. lib. 3. c. 9. S. 1.

blico infervientia vel respuunt, vel alius discendi viam præcludunt. Sicut vero vetustas suos habet religiosos cultores assidue, *nil nunc posse dici quod non dictum sit prius*, (v) clamantes, ita & dantur quidam, quibus antiqua sordent, recentia sola placent; aded ut Veterum doctrinam naso subsannent adunco, in recentiorum verba omnino jurantes, quæ conragio maxime infestare solet ingenia juniora. Tales sunt, qui contra monitum Plinii [ξ] *multa, non multum legisse gaudent*, sibi ipsi blandientes, quod videantur supra vulgus sapere, existimentque jam dudum se vastum eruditionis Oceanum trasfretasse, nihilque præter aplausum populi nunc desiderari. Unde eleganter quidam, horum ingenium, Plautus ni valde fallor, depingens, ait hac fere sententiâ: Quid Rex matronæ susurret in aurem, hoc sciunt, quomodo Jupiter duxerit junonem, hoc quoque sciunt. Quam autem in amoribus suis potiundis sint impetuosus, atque omnis moræ impatientes juvenes, elegantissima imitatione expressit Terent. in Ephebo

Phæ

(v) Ter: *prol. Eun.* (ξ) *lib. Ep.* 9.

Phædræ fratre Cherea. (o) Huc ergo applicari meretur commentum poeticum de Cupidine, qui juvenibus imperare præsertim fingitur.

THES. VIII.

SUNT denique inconstantes & rerum concupitarum ofores, *non secundum genus quidem*, ut ait Clarem. (π) *et enim subindè feruntur in venerem; at in particulari; & præsertim corpora*, quibus semel potiti sunt fastidiunt, & quantumvis valde quidem concupiverint, protinus tamen conquiescunt, concupitâre obtentâ, ratio est, quia acutas habent voluntates & non magnas, quales sunt ægrotantium fitis & fames, quæ acutæ & acres pungunt vehementer; at parvæ, quia exiguo cibo & potu satiantur.

Hic est juxta Horatium character juvenum, sed durius ille omnia; quippe qui vitia enumerat tantum, virtutibus posthabitis. Non tamen credendum est, existimasse sapientissimum Poëtam, nullam in juvenibus virtutem inveniri, cum enim hic, veluti Magister fabricandæ scenæ instruat, quid potissimum tyroni observandum sit

ne

(o) *Eun. a. 2. se. 3.* (π) *lib. 2. c. 10.*

..... ne forte seniles
 Mandentur juveni partes pueroque viriles.
 Utque semper inaptis adjunctis sit mo-
 randum, quandoquidem canente eodem
 nostro:
 Multa ferant anni venientes commoda se-
 tum,

Multa recedentes adimant &c.
 Itaque perfunctorie tantum tangit ea,
 quæ ut plurimum junioribus adhærent,
 ut sit illud, quod versu 153. & seq. in
 arte inculcat,
 Tu, quæd ego & populus mecum desideret,
 audi,

Si plausoris eges aulaa manentis, & usq;
 Sessuri, donec cantor, vos plaudite, dicat:
 Etatis ejusque notandi sunt tibi mores
 Mobilibusque decor naturis dandus &
 annis.

Quemadmodum quoque superius eodem
 hoc libro, (e) Achillem jubet introdu-
 cendum in theatrum iracundum, inexo-
 rabilem & valentem qui omnia jura re-
 spat &c. cum tamen is, utp. Heros,
 multis virtutibus debuerit esse insignis.
 Quod & ex Comicis apparet, qui dum
 representat adolescentes liberos et inge-
 nuos,

(e) v. 1200

nuos, in ipso theatro, eis quoque relin-
 quunt quandam honestatis & decoris
 scintillam. Sunt autem virtutes juve-
 num, potissimum, ut tradit Huartus (σ)
 quod videlicet sint animosi, liberales,
 minus suspicaces, bene sperantes, suppu-
 dibundi ac ad credendum proclives, &
 quidem vitiis senum oppositæ, quæ quia
 intra enumerabimus, etiam has ex iisdem
 elucere posse confidimus.

CAPUT III.

THES. I:

CONVERSIS studiis ætas animus-
 que virilis
 Quarit opes & amicitias, inservit honori,
 Commisisse cavet quod mox mutare labores.
 Ut virilis ætatis character justè listatur,
 oportet observare medium inter juvenum
 mores ac senum, præscindendo excessus in
 quos utrique labi plerumque solent; post-
 quam enim deferbuit adolescentia, exci-
 pit hanc ætas virilis seu consistentiæ,
 media inter juventutem & ætatem seni-
 lem, quarum naturæ utrinque suo mo-
 do particeps est. Remisso itaque imperu
 F illo

(σ) Æsch.M, Scrus. ing. p. 193.

illo juvenili, quo paulo ante agebatur, incipit jam maturior judicio & usu rationis, sibi prospicere ea, quæ ad decus famæ, & animi corporisque robur faciunt, priorem prodigalitatem & luxuriam damnare, & quasi caput scalpendo, conqueri de jactura, quam fecit necessariorum negligens rerum. Positus est jam in novo quasi officio, ejus curam studiosior gerit: opes & divitias querere atque colligere studet, vel, quod quietiori animo perpendit, ingrediente forsitan senectute, non amplius suffecturas vires, iis quæ ad sustentationem necessaria sunt comparandis, verum, tum partis esse fruendum; senum exemplis admonitus, qui ultra ad sufferendos labores, quibus Dii omnia dicuntur vendere, non habiles sunt: vel, etiam, jam conjugali fœdere sociatus, de uxore & liberis timet, se forte defuncto, nollet paupertate iri oppressum.

THES. II.

NEC inanitis contentus possessionibus, amicos sibi adungere optat; sine quibus nondum felicem suam esse vitam bene conjicit; sic etiam Plutarchus judi-

judicat, dicens (α) ἀναγκώτερος πρὸς χυδαίους ὁ φίλος, amicus magis necessarius, quam ignis & aqua: cui hyperbolæ suffragatur alius quisquis est, inquit: (β) si quis ipsum Cælum ascenderet, claritatem solis & syderum rimeretur, nullum inde sentiret gaudium, nisi amicum cui id referret, haberet. Sicut autem juvenes plerumque amicitias ob jucunditatem, sic viri ob utilitatem (qualis Philippus Macedo erat) (γ) pauci propter honestatem, pro diverso tamen cujusque ingenio, colunt ac prosequuntur. Hoc ipsum exemplis confirmarem, nisi brevitatis, cui litandum duximus, id prohiberet. Mirare tantum mecum Lector Davidem & Jonathan (δ) Nisum & Euryalum (ε) Theseum & Pirithoum (ζ) qui inter raræ fidei, vulgaris licet amicitia nominis, exempla numerantur æterna. Qui plura voluerit, adeat facundissimum scriptorem Lucianum cujus Toxaris est hujusmodi exemplis plenissimus.

Fz

TH. III.

(α) *Adag. Eras. p. m. 44.* (β) *in dedic. D. H. Müll: Him. Liebest.* (γ) *supl. Curt. l. 1. sub. fin.* (δ) *2. Sam. 1. 26.* (ε) *An. 9. v. 198.* (ζ) *Trist. Ovid. passim. & Virg. Æn. 6.*

THES. III.

SICUT etiam præ reliquarum ætatum hominibus, qualiumcunque officiorum, dignitatum & munerum, capacissimi sunt viri, tum ob animi, si alia requisita adsint, summam tranquillitatem & vigorem, tum ob eximias vires corporis, ita pariter, quasi familiari quodam concitantur genio, ad adpetendos honores. Cujusmodi ambitio, licet aliquando culpari mereatur, ut supr. c. II. §. 6. verbo terigimus, etiam non suo defraudanda est encomio, si modo honestatis non transeat limites & honores aliquis, non ob proprium commodum & gloriam venetur, sed Reip. honorem pro scopo habeat; ibi quoque memor, *non esse facienda mala ut inde eveniant bona*, monente Apostolo Rom: 3. v. 8. Habet quoque hic non raro locum illud nonnullius; *Honor sequentem fugit, fugientem sequitur*. Ad insectandos vero honores, instigat homines partim despectus, quo quis tristatur se infra alios ejusdem originis & conditionis, esse collocatum; adeoque est quasi stimulus, incitans homines ad res magnas audendas: partim etiam titillatio, aut cupido

glo

gloriæ, quæ eos qui in honore constituti sunt condecoratos esse animadvertit. Audiendus est hic omnino Cicero, (¶) qui, *non nimis, inquit, concupiscendus bonus* (h. e. gradus officii, honore dignus) *si tamen deferatur, minimè aspernandus, & cogitandum, quid valeant humeri quidè ferre recusent; ut hic noster loquitur in arte.*

THES. IV.

SICUIDEM multa, in juventute se commisisse, citra decens examen & propositum, meminit, quæ, ut ferè omnia temerariè facta, poenitentiam habuere comitem: idcirco, longiori deliberatione & provido consilio, in rebus aggregiendis opus esse judicans, maximam adhibet cautelam, ne in idem impingat saxum & simile quid posthac experiatur, omnia, ferè quæ facienda proponit, prius ultrò citroque (non tamen adhuc ut senex) examinat, providentiamque consiliariam sibi adsciscit, quæ prudens quidam metus est, rerum eventus diligenter ponderans, agenda & omittenda præcipiens. Cicero, *maximè curam le-*

varè

(¶) lib. 15. fam. Ep. 6.

vari asserit, si quis futura animo prospicere potest (9)

TH. V.

IN hac ætate homo constitutus, virtutis, sapientiæ & virium suarum, plerumque præcipua documenta demonstrat; si enim quis literis & ingenio litavit, hic ejus summa deprehenditur eruditio: si militiæ se addidit, fortitudo, si alii vitæ generi se dedit, hic ejus vigor luculentissimè patet; quam ob causam, Latinis placuit virtutem à viro, Græcis ἀνδρείαν ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς Svecis à Man Manhafftighet derivare. Hic ipse est merities, sicut juventus ortus, atq; senectus occasus; non enim studia & exercitia cujusquam in juventute ita in sua ἀκμῆ sunt posita, ubi ob teneritudinem nondum maturuerunt; neque in senectute, in qua jam q. exarescere incipiunt, cum corpus sit languidum & ad munia sua obeunda minus idoneum, cujus morbi etiam, in unionis statu animam inquietant.

CAP.

(9) lib. 15. ad Fam. Ep. 14.

CAPUT IV.

THESIS I.

AGMEN ætatum claudit, huicque Scenæ catastrophæ imponit ipsa Senectus, quæ ultima est scälâ, quâ naturaliter descenditur ad sepulcra, unde retrocedere ad pristinos annos & vigorem non conceditur, quicquid ingeminet Virgilianus ille:

O mihi præteritos referat si Jupiter annos:
Fabulenturque Poëtæ, de restauratione Æsonis in juvenem, (α) & de rejuvenescentia ut sic dicam, aquilæ; (β) sed omnes mors, dehinc interminabilis manet æternitas, ubi irrevocabili pronuntiatâ sententiâ, quisque, aut vivet, aut morietur. Inde Clarius Catullus: (γ) *Soles occidere & redire possunt; nobis cum semel occidit brevis lux; nox est perpetuo una dormienda.* Temperamentum v. senibus est frigidum ac siccum, unde multis infirmitatibus laborant: nec enim ut antea veloces, fortes, robusti & animosi sunt, contra languescunt morbis expofiti quampluribus & si certè non illis adeo

(α) Ovid. Met. 7. fab. 2. (β) Frantz. Hist. Anim. [γ] Cui: Radau Orat. exi. p. m. 23.

adeo gravibus, ceu disputat Cic (d) tamen ipsa senectus, morbus est, ut fatetur Chremes Terentianus (e) ipse senex suarumque passionum conscius, nec non Cotta ap. Sallust. (z) unde dolendum hanc ætatem, quæ post varias jactationes fortunarumque, quas in superiori vita pertulit, procellas, in portu navigare mereretur, de novo; iniquioris naturæ detrimentis vexari. Quæ incommoda disimulare non potuit Horatius, in characterē hujus ætatis:

*Multa senem circumveniunt incommoda,
vel quod*

Quarit, & inventis miser abstinet, ac timet uti:

Vel quod res omnes timidè gelideque ministrat

Dilator, spe longus, iners avidusque futuri,

*Difficilis, querulus; laudator temporis æstè
Se puero, censor castigatōque minorum.*

THES. II.

QUAMVIS autem, jam alterum pedem, in cymbâ Charontis (ut dici sœvit) habe-

(d) Cat. Maj. (e) Phorm. A. 4. sc. 1.

(z) p. m. 465.

habeat, nondum tamen abjecit curam rei familiaris, aut agendæ, aut custodiendæ, cui mirum quantum incumbit; cujus rei causam supponit Aristot. cit. Clarem; frigiditatem; verum possunt & aliæ addi, quod, videlicet, multa infortunia in vita sustinere coacti senes, facta sæpè iustura bonorum, sæpe caritatem annonæ, incendia, naufragia passi, didicerint multos esse perferendos sudores, antequam damna relarciantur; vel si ipsi extra pericula fuere, aliorum tamen casus esse docuerunt cautiores; imò arbitran-tes se quotidie magisque ac magis debilitari, timent, ut exantlandis laboribus & erroribus sufficiant. Similia senex reputans, interiore, quæ possidet, condit angulo, si fortè quod malum ingruat, ut tanquam firmum præsidium habeat, quod opponat. Taxat hoc Cic (y) Avaritia senilis vituperanda est maxime: potest enim quidquam esse absurdius, quam, quo minus via restat, eò plus viatici quarere? Excipit tamen c. l. Curium. Exemplum hujus characteris vulgare sed jocosum, habes in Euelione Plautino (z) qui pumice aridior, aquam

(y) Cat. Maj. (z) Aulul. A. 2. sc. 4.

cum lavat, plorat profundere: unguis
 e constrina colligit atque domum secum
 aufert, praesegmina, qui vel famem si
 roges utendam, non sic daturus: & Cras-
 so, (i) in cuius demum oris rictum, au-
 rum liquidum, cui inhiabat, infusum est.
 Ideò Mitio senex apud Ter: (x) O no-
 ster Demea, ad omnia alia, aetate sapi-
 mus rectius: solum unum hoc vitium
 adfert senectus hominibus: Attentiores
 sumus ad rem, omnes, quam sat est.
 Egregià satyrà taxat nos more suo Phœ-
 drus, [λ] ut alios nunc præteream be-
 nè multos,

THES. III.

QUONIAM etiam frigiditas sanguinem,
 & per consequens temperamentum
 occupavit, hinc, non amplius tam au-
 dax est, ad capellendas res & consilia,
 sed omnia quæ incæptat, cum timore &
 metu peragit. Spiritus animales senum
 non vividi sunt, sed torpent, hinc nec
 ad bellum seu ad manum conferendam,
 habiles esse possunt, licet alias, ob pru-
 dentiam, consiliis suis multum adesse a-
 liis valeant: quales Ucalegon & Antenor

ab

(i) Flor. lib. 3. c. 11. (x) Adelpb. a. 5.
 sc. 3. (λ) lib. 4 c. 19.

ab Homero Iliad. 3. describuntur. E du-
 obus, aut tribus eventibus qui poterunt
 contingere, semper cogitant pejorem,
 sumque cum timore cavent: per lon-
 gam enim experientiam, hoc Terent:
 effatum, non esse contemnendum, didi-
 cerunt; *Istuc est sapere, non quod ante pe-
 des modo est videre, sed etiam illa, quæ
 futura sunt* (μ) Meticulosi autem licet
 sint, sunt tamen etiam maximè prudentes
 (de qua re sub finem pauca) pruden-
 tiam enim Aristot: 14. scd: probl. 8. (ν)
 in frigido consistere ait; animositatem
 vero & fortitudinem à calore proveni-
 re: hinc, idem notat, infantes notabi-
 liter meticulosos, insigniter prudentes
 esse evasuros: meticulosi autem & anxii
 senis characterem, observavit Plautus in
 suo Euclione (ζ)

THES. IV.

SICUTI supra, in delineandis moribus
 adolescentium, diximus eos rapidè &
 velociter res gerere, quas sibi proposu-
 erunt, sic ut in compluribus aliis, in
 contrarium abit senium, non enim te-
 me-

(μ) Adelpb. a. 3. sc. 3. (ν) Esc: Maj:
 p. 463. [ξ] Aulul: a. 1. sc. 2.

merè aliquid agit, aut agendum suscipit, sed consilia & actiones procrastinare & in diem differre solet, vidit enim temeritatem, quæ sine consilio se præcipitat, rarò negotiis feliciter absolvendis, proficuum fuisse, ut sæpius memorarimus. Unguem e. latum, ab isto sapientis Rom: præcepto, *deliberandum esse diu quod statuendum semel*, haud discedit. Sic Fabius *custator*, ap. Romanos dicebatur, de quo Ennius (o)

Unus homo nobis cunctando restituit rem. Spe autem longus est, scilicet vitæ continuandæ, non fortunati exitus, sic enim hæc cum supradictis pugnarent. *Nemo illorum tam est decrepitus, qui se non putet annum posse vivere.* (π) *Inertem*, pariter dicit Horat. quod alicui fortè absoum videretur cum nihil minus sint lenes quam inertes; quin potius, quantum vires permittunt, laboriosi & ad rem familiarem attenti, ut supra diximus; sciendum itaque hic, non designari inertiam talem, quæ sit fuga laboris, sed tantum languorem & lentitudinem, quæ in rerum executione cernitur. *Avidi* deinde sunt, non tantum

(o) *cit. Cic. Off. l. p. m. 72.* (π) *Cat. Maj.*

divitiarum, verum & sapientiæ, quæ animi divitiæ est; corporis enim voluptates non amant. sic commemoratur de quodam sene, cujus, animam agentis, amici, extrema fata expectantes, dum forte præsentibus disputarent, atrexit se ille, cubitoque innixus libenter sermones eorum audivit, interrogatus, quid amplius addiscere vellet, cum sibi doctrina utilis non esset, resp. *saltem sapientior moriar.* Circumfertur & Solonis dictum, qui, *licet alterum*, inquit *pedem in sepulcro haberem, tamen philosophari non desinerem.*

THES, V.

MOROSI quoque difficiles & queruli, solent esse homines in senectute, quod partim provenit ex malis, quæ pati coguntur, sicut ægrotos intractabiles echinoque asperiores, quandoque videmus; partim etiam, quod juniorum aliorumque effrenem licentiam tolerare nequeant. Quam ob rem quoque ut ipsos ad virtutis studium pertrahere queant, solent illis inculcare, quam frugaliter quamque benè, dum juvenes fuerunt, suam ætatem transegerint, ut suis

ex-

exemplis instigari, hoc idem illi agant.
Sic, propriæ laudis ebuccinator fuit Me-
nedemus Terent: (Ϸ) *ego istuc ætatis
non amorî operam dabam, sed Sc.* Id-
circo in ead. fab; (σ) conqueritur Cli-
tippo; *Quam iniqui sunt patres in om-
nes adolescentes iudices Sc. ex sua lib-
idine moderantur, nunc quæ est, non quæ
plim fuit.* Coniunge his si placet Plin.
Ep. 12. Lib. IX. idem bene Cato in mor-
dist:

*Multorum cum fata senex & dicta recenses,
Fac tibi succurrant, juvenis quæ feceris
ipse.*

Reperias & quosdam senes, qui cicadâ
sunt vocaliores; quod fortè & indè fluit,
quia minimè invidi, aliis bene cupiant;
consulturi junioribus, ut hoc faciant, id
negligant; idem, proluxa exempla & nar-
rationes in medium proferunt, quod si
viderint, sine fastidio auscultantes, pro-
trahunt adhuc dictionem in horas mul-
tas, seu ut Barelajus dicit: (τ) *etiam
quo patientior aut verecundior erit, quem
ad illud audiendi supplicium rapuerint,
hoc miserius eum plentent.* Idem addit,
fronte

(Ϸ) *Heaut. a. 1. Sc. 1. v. 58. (σ) a. 2. Sc. 1.*

(τ) *Leon. Anim. p. m. 12.*

*fronte saltem ac luminum nutu, quic-
quid dixerint, letus accipies: hæc illis
est voluptas; corporis enim voluptates,
amplius nesciunt; ut docet Cicero. (υ)*

THES. VI.

ALIIS moribus enumerandis vel con-
sulto supersedemus, vel ob brevitatem
supersedere cogimur, ultimum ergò hujus
ætatis incommodum hic breviter nomina-
bo, ne reverendæ huic ætati injuriam fa-
cessere videar; & illud *suspicitas*, seu in-
credulitas est: cum enim multa experti
sunt, hoc etiam experiebantur; parum
nempe fidei hominibus esse habendum, à
quibus vel, ipsi decepti sunt, juxta Cicero:
*Primum quidem decipi incommodum est;
iterum stulium; tertium turpe; & Te-
rent. (Ϸ) Omnes quibus res sunt minus
secunda, magis sunt nescio quomodo su-
spiciosi: ad contumeliam omnia accipi-
unt magis: propter suam impotentiam,
se semper credunt negligi.* Vel, quod for-
tè ipsi antea deceperunt alios, juxta prov-
sur *juxta se omnes fures esse putat*, quod
ex Ciceronis in Sallustium, & hujus vi-
cissim in illum invectiva, forte non insulse
etiam colligere est.

For-

(υ) *Cat. Major. (Ϸ) Adelpb. a. 4. Sc. 3.*

Foret hic non injucundus discursus, de iis qui morte Aunia h. e. fera & in senectute obtingente, defuncti sunt, sed vela contrahere ipsa brevitatis jubet.

THES. VII.

VITIA vidimus, breviter virtutes senum spectemus, quæ serè singulæ, peccatis juvenum oppositæ sunt. Judicia enim non solent præcipitare, sed hæc formula, *fortè*, sapissimè utuntur, quo ipso ruborem conciliant, quorundam adolescentium immaturis judiciis, qui non raro solent gravissimorum virorum facta scriptaque censurâ sua rigida, ineptâ licet, perstringere, quod tamen sæpius in suos auctores cum sænore redundare vidimus. Lusus Venereos ignorant, cujus contrarium experimur in juvenibus. Unde Virg. (X)

*Frigidus in venerem s. nior frustra que la-
Ingratum trahit Sc.* (borem)

Plura videtis in Cicer; Cat. Majore. Nec sine ratione, in S. scripturis, (ψ) ætate provectis, honorem & quævis officia, præstare jubemur, præsertim in præ-

(X) Georg. 3. v. 97. (ψ) Lev. 19. 32.
Hiob. 31. 7. 8. Prov. 16. 31. Syr: 80

cepto IV. decalogi, ubi patris nomine, communis interpretatio, Theologi etiam ipsos senes includi asserunt. Et ap. *Lacedæmonios, honestissimum domicilium fuisse senectuti*, affirmat Cic: (ω) maximo vero præ aliis honore, eos senes prosequi tenemur, quorum caritatem virtus ornat & sapientia; non inquam, temerè ad id obligamur, sed potissimum ob *prudenciam*, quam ex longa experientia, quæ doctorum æque ac indoctorum magistra est, hauserunt. Characterem a. senis prudentis, describit Homerus in Nestore. (α) Ideò, felix illa respubl. semper habita est, ubi consiliarii senes reperti sunt. Prudentia e. virtutum Domina, ap. senectutem potissimum locum habet; unde Job. (β) *apud patres est sapientia & intelligentia apud senes*. Hinc etiam DEUS ipse gloriosus, apud Proph: (γ) *Antiquus dierum*, dicitur; non quod ita ceu nos mortales, mutationi alicui obnoxius sit; sed ut ad nostrum captum, ejus summè abstrusa profundissimaque omniscientia, sapientia &c. denotentur; quippe, qui perfectiores prudentioresque,

H

ut

(ω) Cat. Maj. (α) Iliad. 1. Sc. (β) c. 12. v. 12.
(γ) Dan. 7. 9. 13.

ut senes solent, sunt, eo minus ratiocinatione, sive discursu utuntur, & sapientiores, qui magis ad angelorum similitudinem accedunt, plura quam alii, sine discursu intelligunt, ut verba Le Grand nunc faciam mea. (d) Significatur ergo per illam visionem, sapientia DEI intuitiva & perfectissima. Ita Patriarchæ ante-diluviani, quorum ætas, per aliquot centenarios duravit, per experientiam tam diuturnam, profundam sibi sapientiam eruditionemq; præsertim in Astron. & Historia naturali, comparare potuerunt; ut restantur columnæ Semi, à quibusdam auctoribus memoratæ. Quid autem faciat experientias seu longa annorum series, ad prudentiam vel scientiam, apparet ex scientia, quæ perhibetur (vel illam etiam obcausam, ut alias taceam) esse excellens in diabolis, præcipuè rerum naturalium, unde quoque *δαίμονες*, i. e. scientes appellantur. In Apocal. (e) *m. dæmon antiquus serpens* dicitur. Inde Proverb: *Diabolus multa scit, quia multa est ætatis.*

(d) *Inst. Phil. part. 8. c. 12*

(e) *Capo 12. 9o*

THs

TH. VIII.

QUÆ vero causa sit, quod senibus caput tremat, (vel ut loquitur Catull. (z)) *Cana tempus anilitas omnia omnibus annuat:*

nec non alia membra, faciesque rugis impleatur, oculi hallucinentur, somnus brevis sit, dentes excidant, de quibus Ecclesiastes (η) figuratè loquitur, sicut & capilli decidant atque canescant, (qui nostro (θ) *nives capiess* dicuntur) quomodo Naso de se ipso canit:

Jam mea cygneas imitantur tempora plumas

Inscit & nigras alba senecta comas:
Jam subeunt anni fragiles & inertior ætas,
Jamque parum firma me tibi ferre grave est. (i)

Ea omnia plerumque, ab inopiâ caloris nec non siccitate, & per cons. q; nervorum debilitate, deficientibus spiritibus animalibus, deduci posse affirmamus, haud aliter ac autumno, ingruente frigore, folia arborum pallefcere, delabi, rugosa fieri & contrahi, cernimus; cæterum singula eorum, choro Physicorum exactius examinamus

(z) *lib. 1. Carm. 62. (η) c. 12. 3. seq. (θ) Carm. lib. 4. od. 13. (i) Trist. 4. Eleg. 8o*

nanda relinquimus, ne facem in messem alienam mittere dicamur. Essent & quædam, ob argumenti affinitatem, in medium proferenda, de ingenio & moribus mulierum, servorum, meretricum, parasitorum &c. cum & illorum character probè a Comicis & aliis Poëtis debeat observari; sed vetat nos angustia temporis & ipsa brevitatis, nam alias etiam ultra quam speravimus crevit noster labor, doctiorum ergo curæ & iudicio istum pariter discursum linquendum censemus.

THES. ULT.

HÆC ita simplicissimè prolata, non sic intelligenda sunt, ac modo recensitis proprietatibus, quæque ætas & quisvis homo, absque exceptione pateret: locuti quippe sumus non universalitate metaphysica, sed morali duntaxat. Variant enim ingenia hominum, pro ratione regionum, climatum, institutionum, educationis, alimentorum (sic ebrii aliter, aliter sobrii sunt dispositi) & similibus; ut prolixè, & non vano opere, hoc clare demonstrant, Alexand. ab Alexand. [x] Johannes Bodinus

(x) *Gen. dier. lib. 4. c. 13.*

(λ) Huartus, Claremontius, Barclajus [μ] & alii passim, quæ tamen non jam pluribus vacat persequi. Sic Socrates, cum quidam, cui moris erat ex lineamenti corporis latitantes cujusque animi affectus & mores dijudicare, cum dixisset hominem esse libidinosum, petulcum &c. reposuit: talis quidem naturâ essem, sed vitia ista ratione emendavi. (ν) Ait etiam Tullius: *Ut in corporibus magnæ dissimilitudines sunt: alios enim videmus velocitate ad cursum, alios viribus ad luctandum valere: itemque in formis, aliis dignitatem inesse, aliis venustatem; sic in animis existunt etiam majores varietates.* (ξ) An vero astra influentis suis in voluntates hominum agere, atque eorum mores & instituta dirigere possint, affirmare non audeo, cum eo dato, libertas tolleretur hominum, vana virtutum studia, leges inutiles essent, nec non aliæ ineptiæ, quæ

[λ] *lib. 5 de Rep. cap. 2.*

(μ) *Icon. anim.*

(ν) *Cic. 4. Tus.*

(ξ) *Off. 1.*

(λ)

quæ istam assertionem concomitantur ;
ut egregiè & arguè, de ista materia
differit Nicopompus, apud ingeniosis-
simum Barclajum. (o) Atque nos
hic subsistimus.

DEO Immortali, Regum Regi

&

Domino Dominorum, sit Gloria!

(o) in Argenid. lib. 2. cap. 11.



Då
Am

Då den
Ehrebörne och Wällärde
Her IOHAN NORSKEN
Eitt lärda Wärdt berömligen med
allas Nöje förswarade:

En ächta Pallas Sott som lärde med
Wisdom mäta
Sin Lärdom - hångränd' Siäl' då andra
sig haa sinckte
I lasters Affia ned' och alstid trognast
räckte
På Bacchus, at the må all Wällust off-
tersätta.

Sag säger een som så har med Förståndes
winaar/
Sig högre swinga lärde än den sin' dag-
gar nétt
I Idaria/ aldrig än af Arbet' blifwit trödet/
Han Ibeons laste, rand' / sig at berömmat
swingar:

Om min fast klens Färd' / Her W D N
W D N kund' of u at
Eh' aldrig sparda Filtir och ähre - wärde
Dygd
Som stids på Wisshets grund orngglig
marit bygd/
Sag wille mig här om på högsna sätt bestit.
At

At med sin ähtra Färg den samma wäl af-
sättas

Iag skull' til tiders trog Ehr: Påf ur-
söra så!

At ock den seen're Werid der af kund
höra så

Wärckställas borde / Eij! af mig ate det
med råtta.

Men som iag der hoos weet / det iag ock
offta präfwat!

Der **NORGREN** til sitt Läs een
Wlygsel hielwter bär!

Som det een Dygdig Siäls egentlige
Wärcke är!

Så wil iag detta haa i Tysthees Samn in-
söfwat.

Och önskar Pallas må Ehr hafda Wöda
löna!

Som henne ästid söke med Flit tilhan-
da gå!

Då J så eroligt söke i hennes Tienst
at stå!

Hon lär wår önskan ey! (iag säkere giffar)
löna.

Således yttar sig i stö-
sta Hast!

SAM, RISTELIUS,
Wib.

Præstantissimo atque Pereximio

DN. JOHANNI NORGREN

Amico & Populari suo omnium
candidissimo!

Ingeniose satis fabulati sunt veteres
Poëtarum, Mulas in arduo montis con-
fidere, viamq; ad illas non modo ar-
duam & asperam verum etiam innu-
meris sentibus vepribusq; interclusam;
Hoc suo non minus docto quam exqui-
sito invento haud obscure innuunt soli-
dam eruditionem non venire in finem
dormientibus, nec oscitantibus in ora
delabi, sed perpetuis laborum molestiis
acquiri, comparari, possideri, juxta illud
Horatii.

Nil sine magno vita labore dedit mortalibus.
Idipsum Te Præstantiss. Dn. Respondens,
subtili ingenio egregie pensitasse ex Di-
putatione Tua, de ÆTATUM VARIETATE
& Characteribus egregie conscripta plus
satis innotescit. Gratulor proinde Tibi
Pereximie Dn. Norgren quod tam fe-
licem institeras viam; faxint Superi ut
alba tibi contingant omnia! bonisque au-

spiciis anchoram iustollas! Quod non
minus exopto quam exoro, optaturus
etiam, dum memor ipse mei, dum spiritus hos
regit artus.

AND. A. MONTANUS
Wib. Car.

Til

Den Ehreborne och Wällärde

Herz RESPONDENTEN,

Jag har förr talas hört / at den sig
fintigt öfwat /
Och i the Lärdas Wärd / sitt största
nöje haft /
Han offra funnit haer / i dem en sådan
kraft /
At han med stort beröm / länd blifwit
oförtöfwat.
När jag nu detta Taal / wil mig til sin
nes föra
Nöje haer i Nordan wärd / en GREN
som förr war gömd /
Ett Prof han wiisa tänck / han wil en
en wära gömd /
Sin oförtrotta Tilt / han allö låter höra.
När

När han så sin rikt wil / bland Lärda
Talek öfwa
Om Älders Skiffning stoor / som man
det noga seer
Rätt utaf detta Wärd / Her MDR,
GREN nu framteer
Göres of en meer behof / ty Momus self
har pröfwa.

Rätt af en Plick / jag Ehr bepriffet
Landz Man tåra
Ehr Godheet haer mig så / på denne
Orten hyst /
Ehr Trooheet, liuf också / det har så
för mig hyst /
När jag det täncker på / bör jag Ehr
stoorlig äbra.

Således i hastigheet aflade
sin Skoldigheet

HENRICUS Herz.
Wib. Carel.

Exoritur fauste rutilans aurora diem
Pallados auxilio præmia digna ferens,
Jam tibi post nisus NorGren virtutis amator
Et Rosa Musarum Castalidumque decus ;
Nonne igitur meritum virtus & triga sororum
Te evehet nuuc, Musis qui & pietate viges?
VIVE ergo feLIX, CVnctosque ViresCe
per annos!

Vt Serto Cingat MagnVs ApoLLO CapVt!

*Rudi penicillo, animitus tamen
hæc pauca adjecit*

REINHOLD Hertzl
Wib: Car:

Dum satagis Norgren sic famam exten
dere scriptis

Virtutis rare das documenta tua.

*Antistes Pallas Musarum valde celebris,
Muneribus tandem condecorabit opus.*

Paucula hæc addidit

SAM. DYKANDER, Wib.

